



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXVIII. Pampilonen. legati. De exequitoribus testamentariis,
eorumque facultatibus, & quomodo exequi, vel interpretari valeant
voluntatem testatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

tionis, circa quam magna est differentia inter unum casum, & alterum, ut ceteris relatis, habetur *apud Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. ubi adden. Mares. cont. lib. 1. var. cap. 80. n.1. Por. apud Gregor. & adden. decif. 38.* cum aliis in decisionibus causa; Adeo ut ille magis praecipuis concursus administrorum, qui requiritur in primo casu scriptura privata, in hoc altero desiderandus non veniat; Vei quod in isto leviora, in illo autem scriptura private, vehementiora desideranda fint.

Quando autem administrula dici valeant vehementia, vel sufficientia, necnè, ut hoc eodem tit. & in aliis, ac etiam frequentius sub tit. desiderio, & in omni ferme materia advertitur, certa, & determinata regula generalis tradi non potest, cum sit quæstio facti pro Judicis prudenti arbitrio pro singulorum casum qualitate, & circumstantiis, diversimode decidenda, spe fatus nempe qualitate personarum, quantitate patrimonii, moribus regionis, ac aliis, sinceritatem, vel suspicionem respectivè redolentibus; Attendendo super omnia, verisimile, vel inverisimile, ex vulgato axiome, quod verisimile imaginem habet veritatis, & è contraria, inverisimile imaginem fallitatis.

Applicando autem ad rem; Plura concurrebant, quæ simul juncta, cum consueta regula, ut singula quæ non profundit, id convincebant; Primo scilicet eximia qualitas heredis instituti Magnatis primi ordinis, ac ditissimi, cum nobilitas, vel conspicua qualitas excludat suspicionem falsitatis *Rot. apud Rotas decif. 439. num. 4.*

Secundo quantitas afferit hæreditarii, dum habitatio dicitur, & qualitas testamentarii, erat quid modicum, idque nimium attendendum venit, cum falsitates, & machinationes committi non solet sine magna utilitate, ut pluries advertitur in precedentibus.

Tertio verisimilitudo, quod cum testator deceperet absque prole masculina, atque relinquenter causa enunciata dicto *disc. 26. defend.* ita rationabile, ac verisimile fuit, ut ea curaret conservare in aede nobili familia, juxta antiques, a claudabiles Italiæ mores enunciatos supra *disc. 25.* & in aliis, ubi presertim agitur de familiis nobilibus, atque de bonis conspicuis, & qualificatis, ut sunt caltra, & bona iurisdictionalia.

Quarto ex confessione testatoris, quod testamentum condidisset, dictumque Ducem instituisse, cui confessioni in propositione deferris olet, ex deducitis per *Rot. decif. 166. num. 36. par. 8. recen.* cum aliis, de quibus in ultima decisione anni 1659.

Quinto, attestatione gravis Religiosi, sacerdotis, & confessarii, nimium probati, qui affixentiam præstitit testatori morienti, quod cum eum monebat, ut de bonis suis disponeret, respondit se jam testatum esse, dictumque Ducem instituisse, ut adveritur supra *disc. 46.* & in decisione in causa edita impresa post *Zuff. de legit. process. decif. 102.* ubi in specie de consimili attestatione Religiosi affixentis testatori morienti.

Et sexto, accedebat depositio duorum testium deponentium in genere de ipso actu confessionis testamenti coram co Notario; Ex recepta propositione, quod probata substantia, seu existentia atque in genere, facilius admittatur probatio identitatis ad notata per *DD. in l. 2. Cod. de bon. possess. secund. tab. Rot. decif. 663. num. 6. par. 4. recen.* cum aliis in eadem ultima decisione, & habetur presumtum sub tit. *de credito.*

Et quamvis adversus testes plures darentur exceptiones, atamen (ultra quod erant leves) punctus erat quod substantia testamenti non consiste-

bat in eorum dicto, atque in concursu tot administratorum, ista tollebant omnem difficultatem, ita conjunctim ea attendendo; Ideoque resolutio, justa, & probabilis visa est, cui merito altera Pars acquievit, alterius puncti disputationem assumendo, de quo d. *disc. 63. defendis.*

PAMPILONEN.

LEGATI

INTER PARTES, UT INFRA.

Responsum pro veritate.

De exequitoribus testamentariis, eorumque facultatibus, & quomodo exequi, vel interpretari valeant voluntarem testatoris.

SUMMARIUM.

- 1 *Aeti series.*
- 2 *F* Exequitores testamentarii non possunt adiungere conditiones diversas a voluntate testatoris.
- 3 *In quo consistant partes, & munus exequitoris testatoris.*
- 4 *De agentibus de materia remissive.*
- 5 *Quod exequitores debent discretri, non autem abusus eorum facultate.*
- 6 *De fiduciario, cui testator communicavit voluntatem.*
- 7 *De circumstantiis facti, ex quibus voluntas regulariter est.*
- 8 *Verbum aliud, denotat similitudinem.*
- 9 *Verbum videbitur, denotat arbitrium.*
- 10 *Quid propriè respiciant ample facultates data exequitoribus.*
- 11 *De operatione alternativa, ac dictio vel.*
- 12 *Eleemosyna alia que pia opera fieri debent in propria patria testatoris.*

D I S C . LXVIII.

Testator mandavit, ut in Civitate Taffalla fundaretur Collegium Societatis Jesu, pro studiis, ac doctrina Nationalium ejusdem Civitatis, totiusque Regni Navarræ, praescribendo species scholarum, ac injungendo onus missionum, & cum aliis conditionibus, quæ pro Dei servitio viderentur exequitoribus testatoris, relinquendo ad hunc effectum reales 200. m. Quatenus vero, ex aliquo impedimento, dicta fundatio sequi non posset infra quatuor annos, ab ejus obitu, tunc mandavit, ut cum eadem quantitate, in eadem Civitate Taffalla, vel in alio loco Regni fundaretur Monasterium Monialium ordinis S. Therese, sive fierent alia pietatis opera, quæ exequitoribus viderentur magis congrua pro Dei servitio.

Ista dispositione sic stante, de tribus dubitari contingit; Primo, an exequitores in vim dictæ facultatis per testatorem eis attributæ, adjiciendi foundationi Collegii, alias conditiones, adjicere possent conditiones tales, quæ per Superiores Societatis nullatenus acceptari possent, ideoque ita reddere impossibilem dicti Collegii erectionem, ad effectum, ut reliquam pecuniam applicare possent alii piis usibus eis bene visis; Secundo, posito quod sequi non posset erectione Conventus, an exequitores, neglecta erectione Monasterii Monialium, nullisque diligentius desuper adhibitis, possent pro libito dictam

De LUCA
De
Testamentis
et cat.
GVI
9

DE TESTAMENTIS

dicam pecuniam aliis usibus applicare; Et tertio, quatenus id licet, an applicatio fieri deberet in alia opera in eadem Civitate, vel saltim intrà Regnum Navarræ, vel potius ubi ei placuerit; Atque super his pro veritate consultus.

Ad primum, sine dubio negativè respondendum censui, quod scilicet, non possent exequatores adiudicare leges insolitas, ac exorbitantes à Societatis Instituto, vel aliorum Collegiorum consuetudine, seu natura, adeò ut ob certam carum non acceptationem, ita impossibilis reddetur Collegii cretio, atque elusa remaneret testatoris intentio, circa illud opus, quod primariò habuit in intentione, pro Civitate, & Regni utilitate, ac publico bono.

Siquidem cum testator adiesset conditions circa scholas in dicto Collegio tenendas grammaticæ, philosophiæ, ac utriusque scholastica, & moralis theologia, necnon circa missiones tribus vicibus cuiuslibet annis faciendas, hinc oīi, quod illa verba, con las condiciones referidas, y las mas que parisiere a mis Albacces siendo del servitio de Dios Nuestro Senyor, intelligenda essent de conditionibus similibus expressis, vel circa alia concernentia cultum, ac servitium Dei, compatibiliter, ac præsuppositivè, cum creatione Collegii, iuxta Societatis Institutum, non autem de conditionibus exorbitantibus, ac destruentibus defuncti voluntatem, cuius exequitioni, ac observantia, onus est exequitorum incumbere, non autem eam destruere, vel impedire, cum id de directo aduersetur muneri, ac officio exequitoris testamentarii.

Ut in specialibus terminis exequitorum testamentariorum, ut non possint aliquid facere citrā mentem testatoris, eo quia ad eos spectat testatoris voluntatem adimplere, atque ope, & consilio juvare, ut ad effectum perducatur, non autem everttere, ex Bald. in l. numex familia s. fidus in princ. ff. de legat. 2. & lo. à Canib. in tratt. de Executor. testam. par. 1. quæst. 1. num. 3. benè Rota apud Gregor. decis. 179. num. 1. cum duobus seqq. Mantic de conject. lib. 8. iii. 5. num. 8. ubi quod exequatores, quorum arbitrio aliquid relictum est, non possunt abuti potestate sibi attributa, sed eam exercere debent pro arbitrio boni viri, ut refert Castill. lib. 5. 4. controversial. cap. 67. num. 12. in princ. ubi num. 16. ad satietatem refert agentes de materia exequitorum testamentariorum.

Et de ista propositione, ut non possint exequatores abutit facultate sibi concessa, sed ea uti debeant discretè, atque pro arbitrio boni viri, plura cumulat Rubens in tratt. de testamen. ad pias caus. cap. 71. num. 250, ubi ex num. 198. ad fin. latè agit de hoc arbitrio, quoties non adiut verba, quæ omnino liberam, ac effrenatam voluntatem denotarent.

Et generaliter habemus in quoemque fiduciario, iuxta terminos text. int. Theopompi ff. de doto prelegata, cum similibus, ut fiducia explicanda sit juxta verisimilem, ac discretam testatoris voluntatem, adeò ut si declaratio talis fiduciarii, vel alterius commissarii, non sit verisimilis, attendi non debeat, ut late cæteris relatis Castill. 2. tom. controvers. cap. 26. num. 24. & seq. & num. 31. cum seqq. Carpini de exequitor. testam. lib. 2. cap. 5. num. 20. & 21. Fontanell. dec. 526. Rot. in Romana hereditatis 4. Maii 1646. coram Arguelles, & in Perusina erectionis Canoniciatus 4. Martii 1665. & 1. Februario 1666. coram Carpino, de qua sub tit. de fideicom. diff. 182.

Clariss vero, ac extra principium dubitandi, in 7 hac facti specie, ex triplici circumstantia; Primò scilicet ob nimium enixam, & claram testatoris voluntatem, ut erigeretur istud Collegium, assignata

ratione publici boni dictæ Civitatis (quæ forsan est ejus patria), totiusque Regni; Secundo quia nil collatum fuit in liberam voluntatem, sed sine dubio, in fatis limitatum boni viri arbitrium, ut pote semper restringat ad qualitatem servitii Divini; Et tertio clarius, quia nulla facultas exequitoribus data est circa substantianæ erectionis, vel non erectionis Collegii, cum ista purè, & simpliciter, ac præcisè demandata sit; sed est circa alias conditions adjiciendas ipsi Collegio jam erato, ut meliusimpleatur testatoris voluntas, circa scholas, & studia, ac circa missiones, ut probant dicta superius registrata verba, con las condiciones referidas, y las demás che parecieren &c.

Illa enim verba, y las demás &c. translata in latinum significant, ac aliis, quæ exequitoribus viderentur; Unde duo resultare observabam; Primo, quod verbum *alius*, denotat similitudinem, idèque intelligendum veniat de similibus, vel æquivalentibus, ut de verbo *alius*, plenè intelligit Barbos. inter trattat. var. dict. 26. Et secundò, quod verbum, *videbatur*, denotat arbitrium, ut idem Barbos. dictio. 9. 424. num. 4. Cavaler. decis. 374. num. 2. & passim.

Hujusmodi enim facultates intelliguntur discretae, ac eo modo, cum quo testatoris voluntas, melius, ac plenius impleatur, sive ut exequatores suppliant id, quod testator omisit; Sed percudit ejus memoriam, ac honorificentiam, putat appositionis 10 insignium, juxta casum, de quo apud Donozet. decis. 341. cum similibus, non autem adjiciendi conditions impossibilis, vel insolitas, ac exorbitantes, destruentes potius illam voluntatem, cuius exequatio ipsis commissa est, ideoque mihi videbatur quod ageretur de casu indubitabilis.

Hinc proinde dixi, quod inanis labor erat agere de secundo, & tertio quæstis, quoties voluntas testatoris impleri potest; Verum quando de iis agendum esset, atque legatum sufficeret ad erectionem Monasterii per testatorem in specie desiderati, præscribendo numerum Monialium, & Conversarum; Et tunc, ex iisdem supra deductis fundamentis, quod scilicet exequatores non sunt domini, neque liberam voluntatem, seu liberum arbitrium habent, sed sint ministri habentes arbitrium, quod jure, ac verisimili testatoris voluntate est regulandum; Pro Monasterii erectione, respondent esse dixi, quoniam in ultimi præsertim voluntatibus, dictio, vel operat subfidiū, seu prepositionem in defectum ejus, cuius favore potius dispositum sit ad notata per Scribentes in l. cum pater §. pan ff. de legat. 2. & in l. heredes mei §. fin. ff. ad trebell. Ruin. cons. 149. num. 12. & seq. lib. 2. & alii apud Fusar. de substitutis 379. num. 26. & seqq.

Ideoque dixi, quod illa dictio, o, seu aut, posita in ter erectionem Monasterii, & alia opera pia, intelligi debebat subsidiariè, ac per posterius, quatenus cretio sequi non posset; Ob experientiam tamē, quam habebam de foundationibus Monasteriorum hujus ordinis S. Theresia, dixi quod facilius vi debatur cretio Collegii.

Et quoad tertium dixi, quod regula est, ut testatore disponente in genere de Ecclesiis, vel pauperibus, aliisque piis operibus, id intelligatur in propria patria, seu proprio domicilio, juxta celebrēm glos. 12 in cap. si pater verb. paupere, de testamentis in sexto, atque ex Speculator. Anchurano, & alia, Tiraquell. de privilegiis pia caus. 56. Surd. de aliment. iit. quæst. 92. num. 13. & cæteri copiosè relati per Rub. d. tratt. de testam. ad pias caus. d. cap. 71. num. 201. & 202 Clariss vero, ac inspesto tenore testamenti, ex quo videbatur quod esset extra omnem questionem, dum

dum, tam occasione erectionis Collagi, quam eret
ditionis Monasterii, semper testator affectionem, a
voluntatem ostendit erga dictam Civitatem Taffal-
re (forsan ejus patriam), ac erga Regnum Navar-
re; Ideoque dicebam, quod esset expresse violare
ejus voluntatem, applicando dictum legatum, tam
extra dictam Civitatem, quam extra Regnum.

I A N V E N . T E S T A M E N T I

Responsum pro veritate.

De interpretatione testamenti, Et quando
aliquis censeatur institutus heres, quam-
vis id explicitè non dicatur.

S U M M A R I U M .

- 1 Acti series.
- 2 Quod in facilitioribus sit magis difficile respon-
dere de jure.
- 3 Institutio hereditatis per quæ verba concipi valeat, seu
concepta dicatur.
- 4 Praesumptio est quod pater velit servare equalita-
tem cum filiis.
- 5 Ex quibus censeatur quod pater noluerit gravare
filios.
- 6 Debet capi intellectus exclusivus correctionis.
- 7 Clausula sine praedictio, vel alia incompatibilis.
intelligitur in aliis, quam in expressis.
- 8 Ex Statuto Ianuensi non est necessarius titulus insti-
tutionis.

D I S C . LXIX.

Cum esset Federicus generalis Gubernator
Regni Corsica pro Republica Januensi,
morti proximus, in ejus testamento, ad
removendas lites, quæ inter Julium, Mi-
chaelem, & Ambrosium, tres ejus filios
oriri possent, prælegatum fecit Julio, de omnibus
melioramentis, & augmentis, per ipsum, ejusque
uxorem factis, aliique juribus competentibus in
domo magna, aliisque bonis subjectis fideicommisso
so ordinato per olim Julium Cæsarem, dicta uxori
patrem, addendo eidem fideicommisso bona, &
jura in bonis existentibus in quibusdam locis, exprimendo
verba, quæ denotare videbantur, quod ita
crederit gravare alios filios, quos in in aliis omni-
bus heredes instituit; Ubique dicitur Julius dictæ
dispositione non acquiesceret, dixit, ut tali casu om-
nes eorum iura experientur, atque (ut testator di-
cebat), ut facerent eorum partes, consulendo, seu
laudando, ut totum facerent, cum consilio cuiusdam
Religiōsi; Deindeque, his ita dispositis, subjunxit
ut nullum valere deberet tentativum contrā dictam
ejus dispositionem, adeò ut Michael, & Ambrosius
non remanerent heredes, ac in totum domini, ut
danda esset satisfactio prout juris; Hinc proinde
dubitari contigit, (quatenus dictus Julius paternæ
dispositioni acquiescere nollet) An censeretur æ-
qualiter institutus cum aliis filiis, & in quo sibi ob-
staret dispositio paterna; Cumque desuper pro
veritate (incertum est ex cuius parte) consultus
esset.

Respondi, quod in isto casu reetè practicari vi-
debatur id, quod frequenter Advocati, ac Respon-
dentes de jure, experiri solent, ut scilicet majus fa-
ctuum sentiant, in casibus facilibus, ac planis, quam

in articulis valde controversis, nimiumque per Scri-
bentes tractatis, cum in istis, perquirendo dicta
DD. ex quibus lumen habetur, de facili inquire
valeat, quænam sit pars probabilior, magisque com-
muniter tenta; In illis vero ambulare oportet in te-
nebris, & cum solis principiis generalibus, cum si
quæ specialis auctoritas desuper adesse possit, casus,
ac fortunæ partus esse potius dicatur, illam præ ma-
nibus habere.

Pro meo autem judicio censui, respondendum
esse de æquali successione omnium filiorum, quoniam
Julius, cui prælegatum factum erat, nullibi lege-
retur explicitè institutus heres universalis, quoniam
hodiè per jus novissimum, sublati juris antiqui ri-
goribus, ac formalitatibus, hereditis institutio per
quæcumque verbæ fieri potest ad text. in l. quoniam
indignum Cod. de testamen. & l. 3. Cod. de liber. pre-
ter. cum concordan. collectis per adden. ad decif. 25.
num. 16. & seq. par 3 recen. Atque si quæ difficultas
in preposito caderet, illa percutiebat favorem ipsius
fili, cui debebatur titulus honorabilis institutionis;
Sed quia ipse non conquerebatur, atque accepta-
bat eju vocacionem, quomodo cumque illa con-
cepta esset, hinc proinde, nulla cadere videbatur
ratio dubitandi, idèque dum testator, dicto Ju-
lio non acceptante legatum, dixerat, ut tali casu fa-
cerent eorum partes, ita clare resultare dixi, eo-
rum æqualem vocationem in portiones æquales.

In idem assitibus; Primo regula, seu præ-
sumptione juris, censendum sit, quod pater servare
voluerit æqualitatem inter filios l. ultim. Cod. com-
mun. viriūque jud. l. cum pater §. evitatio ff. de leg. 2.
cum concordan. per Enser. quest. 254. numer. 34.
& seq.

Et secundò ea circumstantia facti, quod testator
nullum ostendit habere odium, vel aversionem à
dicto Julio; Quinimò clare ostendit, quod ipse magis
eum diligenter, alios autem filios potius cum præ-
legato gravare voluerit, ut præsertim probabant illa
verba, cum aliquo aliorum prædictione; Ideoque cum
beneficia non conferantur in invitum, hisc dixi
quod non exeo, quod dictus Julius acceptare nol-
let id, quod testator credit gerere ad maiorem ejus
utilitatem, exinde resultaret, ut deberet esse patris
inæqualis successor.

Neque prædictis, (quæ plena esse videbantur),
dixi quod obstante quædam verba, super quorum
intellectu erat tota questio, quoniam ita resultaret
contradiccio, vel subitanæ correctio in jure damna-
ta, ad quam evitandam dicebam, ut capi debeat
quicunque alter possibilis intellectus, cum præce-
denti dispositione compatibilis Enser. cons. 25. num.
29. & 30. cum concord. per Barbos. axiom. 60. & ple-
nè Rot. decif. 113. num. 10. par. 11. recen. Buratt. decif
168. num. 3. & Ad. en. ad ipsum decif. 620. litt. A.
Ideoque hæ secunda dispositio intelligenda veniret
compatibiliter, dictoque præsupposito reteato,
quod feliciter, præfato Julio, prælegato acquiescen-
te, ita exinde resultaret, ut alii duo remanerent her-
edes, ac domini aliorum bonorum, cum oneri-
bus hereditariis, quæ testator (prout justitia exigit),
impleri voluit; In idem suffragante alia dispositio-
ne, quam habemus, circa clausulam sine præjudicio,
vel timilem, quæ præcedenti dispositio adversari
posset, quoniam intelligitur compatibiliter, ac in
aliis, quam in expressis Buratt. decif. 193. num. 21. &
ibi Adden. litt. E. decif. 375. num. 8. & ibi Adden. sub
litt. B. & decif. 113. num. 9. & 10. par. 11. recen.

Eoque magis dixi, quod iste intellectus de jure
capiendus videbatur, quoniam ita salvabatur testa-
mentum à nullitate, quæ alias resultaret à præteri-
tione

De LUCA
De
Testamentis
et cas.
GVI
g